



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

[XLIV. Mulieri cæcæ visus redditus.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

tus ante altare communicaturus sistitur; sicq; ad propria cum parentibus regreditur.

CAPVT XLIII.

Energumeni liberati.

DAEMONIACI tres, vnus masculus & duæ feminae in eodem loco curati sunt: qui nomen HENRICI blasphemando ingeminantes frequenter: tandem cum stridore horrifico, sedes, quas tenerant, reliquerūt. Vnus eorum pertinacior ceteris, diu sancti nominis inuocationi renitens cum ad sereliquias deferri cognosceret; *modò, cum per se HENRICVS venit, non subsistam,* inquit: statimque cum clamore magno hominem possessum deferuit. Hæc ipsa die aduentus reliquiarum infra missam gesta sunt.

CAPVT XLIV.

Mulieris cæca visus redditus.

RAT in territorio Merseburgensi mulier diu cæca, quæ familiaribus gressus suos regentibus, in occursum reliquiis ultra possibilitatem, spe recuperandi visus, properabat, nihilque salutis in via se recepisse, peccatorum suorum obstaculo adscribens, triduo peruigil & indefessa prece, Christi misericordiæ ianuam pulsauit: tandemque lucis optatæ suffragium per merita Beati HENRICI obtinuit. Hæc in eadem, qua prius, villa, diu vixit: tamque clarens omni terræ illi eiusmodi miraculum fuit, vt nulli ferè, maximè horum, qui tunc temporis fuere, incognitum esse possit.



CAPVT